



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Series Actorvm Omnivm In Canonizatione Sancti Thomae a Villanova, Cognomento Eleemosynarij

Romae, 1658

Ioannes Baptista Scannarolus Episcopus Sidoniensis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9857

Franciscus Gonzaga Episcopus Nolanus.

Charitas, Beatissime Pater; qua admirabiliter accensus erat Beatus Thomas de Villanoua Archiepiscopus Valentinus, itaut Cereus amoris vocari potuerit, tanta erga Deum, & homines enituit; vt Deum ipsum, ipsius amantem ipsemet dignosceret, dum sacris peragendis à terra eleuatus cum Deo gaudens per spatium duodecim horarum adhuc in humanis viuens permaneret: homines verò, scilicet proximum ita dilexerit, vt horrea Parentis paruipenderet pro inopibus subleuandis, & egonis obolum vnum denegare sacrilegium existimaret. Quapropter affirmo Sanctitati Vestrae, eundem Beatum Thomam inter sanctos numerari debere, qui, etiam dum esset in hoc saeculo, Dei meminit conuersationem, & à populo, quem magnoperè dilexit, publicè acclamari. Et huic voto peramanter subscribo.

Ioannes Baptista Scannarolus Episcopus

Sidonienfis.

Respiciens sum exquirit Sanctitas Vestra, super Canonizatione Beati Thomae de Villanoua, Valentia Archiepiscopi: Ego, qua decet reuerentia, vtat responso diuino Domini Nostri Iesu Christi. Infirmi sanantur, leprosi mundantur, paralytici surgunt, claudi ambulant, mortui resurgunt, pauperes mirabiliter saturantur, & non est, qui sit scandalizatus in eo. Si honor iudicium diligit, ex sententia Regij Prophetae, & in Beatum Thomam, tot sapientissimorum Patrum purpuratorum, & Praesulum concurrunt suffragia, quis non dicat, eum hoc honore dignissimum? Quid ni? Adhuc viuens in terris dupliciter Beatus extitit, quia, scilicet intellexit super egenum, & pauperem, & quia fuit pauper spiritu, dicente Domino: Beati pauperes spiritui, quoniam ipsorum est Regnum caelorum. Cur nunc gloriosus regnans in caelo, non erit inter Sanctos connumerandus in terris? Illum sine dubio reddunt admirabilem, amor in pauperes, odium sui, & eximiarum virtutum cumulus, miraculorum gloria. Cedet

N

sanè

fanè in vniuersale Ecclesiæ Catholicæ bonum, & in Sanctitatis Vestræ gloriam sempiternam, honor huiusmodi in hunc Beatum collatus. Quibus ego permotus, in eam compellor ire sententiam, vt eum valde dignum existimem, quem Beatitudo Vestra Sanctis in Cœlo regnantibus adscribat, colendum in terris.

Franciscus Tontulus Episcopus Isclanus.

Abundante nequitia, dum in hoc mundi senio pietas refrigerat, opportunè accidet, Beatissime Pater, vt Sanctitas Vestra frigidis fidelibus venerandum proponat exemplar feruentissimæ charitatis, & inuictæ fortitudinis Antistitem, qui in militanti Ecclesia bonum certamen certauit, triumphanti Cœlituum numero adscribat; vt inde sanctissimi Præsulis merita, & præclara virtutum exempla considerantes, habeant oues quem sequantur, Pastores quem imitentur.

Patritius Donatus Episcopus olim Minoren.

Beatissime Pater: Quemadmodum in Cœlo noua paulatim Astrorum phænomena apparent, quò mortales ad cœlestia diligentius indaganda excitentur; ita par est in Ecclesia quæ Cœlum repræsentat, noua Sanctorum lumina in dies effulgescere, & innotescere, vt fideles ad sanctitatis gloriam, sibi sedulo parandam inflammentur; præsertim Episcopi, quorum vt dignitas, ita exemplum est Ecclesiæ munimentum. Itaque merito Sanctitas Vestra in Sanctorum numerum referet, omnibusque venerandum simul, ac imitandum proponet Beatum Thomam à Villanoua, ex Diui Augustini familia Archiepiscopum Valentinum, qui more splendidissimi syderis illuxit; siue miracula spectentur, siue virtutes; ac in primis religio, & humilitas in colendo Deo; prudentia, & iustitia in grege pascendo, constantia, & continentia in se ipso moderando, patientia in malis tolerandis: Quarum tamen virtutū maxima & verè admirabilis fuit Charitas in pauperibus, hoc est interiore Christi familia subleuanda. Et constantissimè teneo, quod omnipotentis Dei consilio factum sit, vt tantæ sanctitatis promulgatio præcipuè pertineat ad Beatitudi-

nem